

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Adam Rubach Christophorus Engelin

**Dissertationum, De usu & abusu Logices in Theologia, Prodromus, Exhibens
Decisionem quaesiti generalis, Num fidei conceptus respuant notiones Logicas?**

Rostochi[i]: Richelius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960182X>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1639
Adam Rubach
Christoph Engelin



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72960182X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960182X/phys_0002)

DFG

Quod JEHOVA felix faustumq; esse jubeat! 37

Dissertationum,
De usu & abusu Logices in Theologia,
PRODROMUS,

Exhibens

Decisionem qvæsiti generalis,

Num fidei conceptus respuant no-
tiones Logicas?

Quem

Sub Præsidiō

M. ADAMI RUBACI

Pomerani,

Literatorum examini subjicit

CHRISTOPHORUS Engelin

Regiomont: Pruss.

Ad diem 23 Novemb: in Auditorio Majori.



RostochI, Literis Johannis Richelii,
ANNO M DC XXXIX,

С

и на се пра ви се

Adsit JEHOVA.

Περαύλιον.

DE usu notionum Logicarum, qvem accuratio
earundem cognitio in Theologicis suppeditat, qvanq; am an-
te hac differuerim, placuit tamen vel ideo in uberiori ejus cul-
turā vires ingenii periclitari, qvod res proposita accuratori ~~Διεργέσι~~
sit digna. Id ergo, qvod tunc temporis brevibus expediti in colis, jam
fusius non nihil perfegvar, ut ita constet, Logicam esse particulam di-
vinæ auræ, qvæ in qvovis scibili, tam rationis qvam revelationis instar
normæ modalis sit adhibenda. Faxit ~~αὐτοῦ θεία~~, neveritas injuriam
patiatur.

THE SIS I.

Duplici ratione Logica in Scholis consuevit proponi : (1) *Præ-
cisivè & in actu signarō* qvà nudam terminorum explicacionem. (2) *Exe-
cutivè & in actu exercitō* qvà sufficientem eorundem applicationem.
Nos seposita hac vice terminorum formalium ~~ἰδητοῖς~~ alibi propo-
nendā, de eorundem usū solliciti sumus in conceptibus potissimum
Theologicis, & dubiæ veritatis indagandæ causā qværimus, *num iudicem
notiones respuant Logicas?*

2. Hoc de qvæsitō magnos Viros video diversa sentire. Sunt enim, qui usum Logices nobis volunt erexit, proindeq; de eō parum
solliciti suā qvadā negligentia sibi indulgent, mentemq; terminorum
duntaxat formalium cognitione informare satagunt, qvæsi intentiones
secundæ proprias utilitates in se terminatas haberent, nec ad alia
noēmata conducerent.

3. Evidem penes *Philosophum l. 3. de morib. c. 5.*, interdum in-
strumenta, interdum eorum usus qværitur. Sed hīc utrumq; actitandum,
nec tam præcepta Logices exstruenda, qvæti eorundem applica-
tio proponenda. Usus enim est, qui coronat Logicam, inq; usi laus
omnis terminorum Logicorum consistit. Præcepta non magnopere
profutura sunt, nisi usus atq; exercitationis velut signaculū confi-

A 2

mentur.

fimentur. Qvis non novit instrumentum extra usum instrumenti nomen non mereri, vel æqvivocè tantùm ita dici? Omne enim ὄργανον ἔνεγκε τὸν ἥστιν, Arist. de part. animal. l. i. c. 5. E. & Logica, quæ ὄργανον ὄργανων, suas notiones non nisi usui destinabit. Non itaq; usus ab instrumento seqvestrandus, sed ea tractatio, quæ præceptorum Logicorum structuram exhibit, cum illâ, quæ eorundem usum proponit, arctè est conjungenda. Alias termini formales Logici indigni essent, à nobis qvi cognoscerentur.

4. Zabarella, non insimi subselli: Philosophus terminorum, qvidem Logicorum applicationem concedit, eam tamen nimium coarctat, dum noēmata secunda solius Philosophi partus propter Philosophiam genitos esse autumat l. i. de nat. Log. c. ii. Cui suffragantur ii, qvi Logicam solummodo χειρες της Φιλοσοφίας vocant. Sed nec hæc sententia veritatem attingit. Etenim in omni disciplinarum genere plurimùm valent illa τοις λόγις ταῦτα πάντα, ita ut non immemoritò catholica eruditionis instrumenta salutari queant.

5. Patet id (1) exinde, qvod Logica in omnis Entis constituta serie occupetur, ut ita non quoddam saltem Ens seu Philosophicum, sed omne Ens, quodcumq; intelligibile est, cognoscatur vel in eo opereatur. Inqū: Ita primam Philosophiam, quæ in omni Ente desudat, confundi cum Logicâ. Sed salva res est. Qvanquam enim materiale sit idem, formale tamen discrepat, siquidem Ontologia Ens, quæ Ens, Logica vero, quatenus Enti notiones secundæ imprimedæ, illa contemplationis, hæc operationis ergo pertractat. Unde colligere est, Metaphysicam & Logicam generales quidem disciplinas esse, sed diversimodè, illam respectu Subjecti, hanc vero ratione usus & exercitii. Ita ergo argumentamur: Qyōdcunq; instrumentum generale est, id in quovis scibili adhibendum. At notiones Logicæ sunt instrumentum generale, ὡραὶ ἡδὺ δῆξαι. E. In quovis Scibili, non Philosophicō tantum adhibendæ.

6. (2) Finis generalitas τοῖς ὄμηροι commonstrat, qvod Logica sit propter omnes omnino disciplinas. Tam latè enim notionum Logicarum usus se extendit, quam latè patet finis earundem, veritatis sc: cognitio. Ominus namq; operatio Logica instituitur propter veritatem.

rem dubiam indagandam, & ibi munere suo præst Logica, ubi locum
invenit veritatis indagatio accurata. Jam verò non solùm per Philo-
sophiam, sed facultates quoque superiores veritatis patet indagatio.
Eudœlsv. E. hōemata Logica non ad hoc unicè referri debent, ut so-
lius Philosophia sint organa, sed etiam ad illud insuper destinari pos-
sunt, ut aliis habitibus acqüirendis inserviant.

7. Vacillat itaque Zabarella sententia, qvæ notiones Logicæ
non considerat ἔστινδως & in essentiā, uti erant attendendæ, sed
ἔταιρηνδως & in existentiā, quatenus Aristoteles & alii artifices ter-
minos formales Logicos introduxerunt, & ad Philosophicum solum-
modo habitum, qvem scivere, sufficienter applicarunt. Hinc etiam
factum, ut Logica solummodo καὶ τῆς Φιλοσοφίας salutaretur,
qvam tamen notationem notato minus adaqvatam jure meritoqve
censemus.

8. Nobis magis arridet eorum opinio, qvæ Logicam profite-
tur ὕγειαν ὕγειαν seu instrumentum commune, idqve ob gene-
ralem usum, qvem in omnibus disciplinis abundè præstat. Id per o-
mnia disciplinarum genera deduceat non esset difficile, nisi ratio in-
stituti hoc solummodo commonstrandum urgeret in habitu Theo-
logicō. Ibi enim potissimum qværitur, *anon obseruent mysteria.* qvò
minus Logica uero idem suæ notiones pplicare, & ita suo officio satiſfacere
great & Negativa hujus qvæsti videtur qvibusdam nova& suspecta,
revera tamen neq; nova est, qvamvis de novō proponatur, neq; suspe-
cta, qvamvis opinioni Doctorum qvorundam Virorum qvicqvam de-
trahere videatur.

9. **Bēsaiwov** nostræ sententiæ anteqvam in medium propo-
namus, qvædam prænotatu digna breviter annotanda, & (i) qvidem
circa vocem *notionū*, qvæ in præsenti negotiō occurrit, obserendum,
eam penes nonnullos derivati à nosco, ita ut idem sit ac instrumen-
tum cognoscendi, per qvod res in mente nostrâ formantur & cogno-
scuntur. Illud verò instrumentum distribui consuevit in περὶ φύσις
& δευτερόνομα.

10. Prima notio rei est, qvæ immediaète rem in animo velut de-
pingit & repræsentat, ut cùm formo in mente mea *mæginem ciconiæ*,

hęc imago dicitur notio prima. Secunda verò imago sive notio rerum speciei est ac velut imago imaginis, qvæ non exhibet rem naturā constitutam, sed tantum modum rei cognoscendæ, ut Genus, Species, Definiri sunt conceptus secundæ intentionis, qvia genus non significat rem in naturā positam, sed significat modum seu instrumentalem qvandam conditionem ab intellectu formatam, qvà mens cognoscit & explicat rem in naturā constitutam. Prima *realitas*, qvorum formalitas immediate rebus innitur, h̄ic non attendimus, de secundō cogitatis solliciti sumus, iisdemq; Logicis, per qvā tanq; media seu instrumenta externum suūm finem, veritatis sc. cognitionem Logica assequitur.

ii. (2) Not. intentiones hasce Logicas non esse planè non Entia. Qvāq; enim ab intellectu tantum complementum habere dicantur, reverta tamen simul aliquod fundamentum supponunt, ratione sc. rei, cui tribuuntur per non repugnantiam, qvam philosophantes appellare conservaverunt potentiam obedientialem intellectui humano subjectam. Distingu. itaq; inter *Ens rationis gratiū confitum & in refundatum*. Prius ad naturam non Entis accedit; singitur enim per intellectum sine fundamento in re, ut Chymara. Posterior autem licet in solidum à ratione dependeat, præsupponit tamen rationem qvandam in re, à qvā sibi mens nostra sumit occasionem ejusmodi conceptus singendi. Tale Ens sunt intentiones Logicæ, id qvod accuratè observandum; alias qvī non Entis fieri posset applicatio?

ii. (3) Advert. in applicatione rationes rerum speciales cum generalissimā earundem naturā non esse confundendas, sed potius à Logicō accuratè discernendas. Qvod si enim Logicus qvā talis in conditiones speciales inquisiverit, limites sui muneric transiliendo *metas* ēis ullo jēt. Hoc autem probè cavendum: Alias Logico accidit, qvod olim sutori, qvī postqvam de crepidis cūjusdam picturæ judicasset, etiam de tunica vellet judicare, Apelles ipsum reprehendit, dicendo: *Ne sutor ultra crepidam*. Logicus ergo, qvod suum est, agat, generalemq; rerum conditionem attendat, naturas autem speciales, qvæ supra ejus sunt captum, cæteris indagandas concedat scientiis. V. g. Non inquirat Logicus in hanc propositionem, *DEUS est Homo*, qvoad

qvoad specialem conditionem, an naturâ sit cognita, an verò revelata, item an natura filii Dei personaliter & inconfusè sit unita hum. nā naturæ, ita ut post ἐνοικεωσιν filius Dei non tantum divinâ naturâ, sed & humanâ constet, ac uihilominus unus sit Christus. Hæc & ejus generis alia Logicus non ponit, cui satis est, si materiam substratam generaliter ita sese habere deprehendat, ut formalis ratio terminorum Logicorum exigit.

13. (4) Oblerv. à Logico non descendam esse *veritatem sententiarum*, qvæ res ipsas concernit, & inde peti solet, ubi de reali qvoddam Subjecto suscipitur tractatio; sed *veritatem connexionum*, qvæ consequentiæ evidentiam proponit. Hæc genuinus Logices finis est, illam cæteræ supponunt scientia. Verum dicit Logica non *ratione rerum & Objecti*, sed *ratione instrumentorum & proprii præcepti*, quatenus in res Theologicas, Physicas &c. formam suam introducit, qvò interdum id, qvod fortean ignotum in illis disciplinis, notius fieri queat. Sic qvod homo sit animal, qvod Deus sit homo, non addiscendum ex Logica, sed num animal de homine, & homo de Deo rectè prædicetur, qviq; animal sese habeat ad hominem, qvî item homo ad Deum, an οὐσιώμας & essentialiter, an παρουσίας & accidentaliter, ejus decisio à Logico petenda & expectanda. Inde.

14. (5) Disting. inter *materiale conceptum Theologicorum & formale*, vel, qvod idem, inter *rem ipsam & rei dispositionem*. Qvanquam normale mysticorum conceptuum principium sit lumen gratiæ, rem ipsam & materiale considerando, nil tamen obstat, qvò minus iidem, qvoq; ad normam luminis naturæ exigi possint, rei connexionem vel formale attendendo.

15. Deniq; (6) non existimandum est, qvæsi imperfectio aliqua in Objectum inferatur, qvando rebus divinis notiones Logicæ attribuuntur. Extrinsecæ enim tantum sunt denominations, proindeq; de se non important qvandam imperfectionem in Objecto denominato, sive illud sit mysticum, sive creatum. In Grammaticis qvemadmodum non obstat sublimitati Majestatis divinæ, qvo minus hæc Prædicatio, *Pater est DEUS*, secundum regulas Grammatices resolvatur & examinetur, dicendo, qvod Pater & Deus sit generis masculini,

qvod

quod item in hac oratione respectu constructionis verba substantiva praecedit at. & sequuntur nominativi: Ita nec in Logicis repugnat dignitate Majestati, mysticam quendam prædicationem dicere vel Synonymicam, vel Paronymicam, vel singularem vel universalem, vel finitam vel infinitam &c. Siqvidem hæc ita denominant rem, ut tamen sint extra eam, adeoque mere extinsecè.

16. Tandem (7) notandum, mysticis quidem conceptibus imponi posse notiones Logicas, sed tamen non omnes. Suntemus, quæ de se & in suô formaliter important quendam imperfectionem, ubi nec per analogiam eminentia, quæ alias terminos Logicos ab omni imbecillitate abstrahit, fieri potest applicatio. Causa hujus rei est isthæc, quod in mentali abstractione materiales duntaxat respectus sint removendi, formalis autem ratio retinenda. Sic Deo possunt attribui quædam intentiones Logicæ, est enim nomen Logicum, potestque ipsi imponi notio Subiecti, notio Prædicati, notio medii termini, notio minoris vel majoris extremi in Syllogismô &c. Sed nondum hi termini absolvunt omnes & singulas notiones Logicas. Adhuc enim datur notio generis, quæ Deo repugnat, utut de tribus personis prædicetur; datur notio prædicamenti & definitionis, quam Deo applicare itidem renuunt nonnulli Philosophi. Eos itaque terminos Logicos, quorum formale non repugnat, perviam eminentia applicare licet, ne mystica ex creatarum rerum conditionibus aestimentur.

17. His præmissis nostram sententiam confirmare animus est, & primum quidem argumentum esto à notionum Logicarum indeole & naturâ. Sunt enim instar instrumenti seu medii dirigentis ab intellectu formati, quod cum facilitate quendam veritatis inquisitioni in omnibus materiis succurrat, conceptus quoque Theologici respuere nequeunt. Ita ergo ratiocinamur: Quocunq; facilitas in legitimè concludendâ veritate terminatur, id in mysticis etiam conceptibus adhibendum. Siqvidem & iis succurrendum, ut facilitas concludendi veritatem ratione formæ terminetur facilius, & simul evitetur confusio. Atque intentionibus Logicis facilitas in legitimè concludendâ veritate terminatur. Ideo enim sunt introductæ, ut earum beneficio veritas connexionis in conceptibus primis facilius efficiatur, & certius doceri queat. E.

18. Ex-

18. *Exciplunt*, Logicam esse rationis artem, ideoq; fidei mysteria sub Logicam considerationem non cadere. Qvì enim, inquit, id, qvod intellectu nostrō non recte percipitur, Logicis instrumentis perfecte informari potest? Qvì ab Ethnicis profecta disciplina ultra sortem rerum Ethnicarū sapere valer? Qvis mystica metiri vult rationis decempedā, qvod, secundum illud Chrysostomi, nihil aliud est, qvām candens ferrum non forcipe, sed digitō contrectare.

19. Verūm & (1) negando consequentiam. Qyanquam enim captum humani intellectus transcendent fidei mysteria, eorumdem tamē dispositio tota est Logica. De fide cognitis Logica non agit *objective* & *principali* sc. juxta statum objectivū fundatum in conformitate rei cum intellectu divinō; sed *directive* & *instrumentaliter* per notiones se- cundas cognitioni principali facilitate quadam inservientes. Distingvendum ergo inter ipsam materiā consideratam & modum considerandi. Res ipsa non cognoscuntur ē Logicā, sed superioribus disciplinis committuntur, qvæ objecta sua peculiariter & principaliter considerant. Formam solummodo proponit Logica, modumq; docendi, proindeq; non est *magistra rerum*, (si quidem realibus disciplinis ancillarem p̄beat operam) sed *magistra tractationū* & *dispositionū*. Malè habebunt Domine, nisi communī famulæ hujus operā utantur. Suppellectile namque cunctū scientiā apparat ad utendū prosuō cuiq; commodū & facilitatē. Scal: exerc. I. s. I. (2) Not. Logicam considerari posse dicitur: Vel in se & suā naturā, vel ex ordinatione & intentione proponenti. Hoc modo fateor eqvidem, Logicam ab Ethnicis profectam suos terminos ad res sufficienter nec applicasse, nec applicare potuisse, idq; ob ignorantia articulorum fidei, proindeq; substituisse in terminis à Creaturis deromptis: At verò priori respectu nil obstat, qvò minus Logices applicatio latius extendi possit, secundum illud principium: *Multiplicatiū rebus et iam termini, multiplicari possunt*. Ubi tamen observes velim, Logicam non adeò spectandam esse penes *ūnūcū* & *concretū*, sed penes *specūlū* & *abstractū*. Sic enim considerata hæc disciplina non tam ab Ethnicis, qvām ab ipso Deo Israëlis profecta est, & observata ab eodem, & Philosophis ἐγθετητοις λόγοις sectantibus. (3) Disting. inter rationem *excedentem*, qvæ mysticos conceptus dijudicat, & *subservientem*, qvæ eosdem ex verbō revelatō dijudicatos secundarum notionum titulō salu-

B

cat...

tat. Priorem res fidei ad sua inventa mensurantem Chrysostomus intellegit, ejusq; decempedā mysticos conceptus metiri prohibet, de posteriori autem intra suos limites sese continent nec ultra eos assurgenti salva res est, cūm ita conceptus fidei non rationis imperio subjiciantur, sed Logice solummodo tractentur.

20. Alterum probandi medium desumimus ab obiectuali mysticorum conceptuum aptitudine & non repugnantia. Duo in applicatione solent attendi: (1) Facultas *receptiva* & *apprehensiva*, (2) Facultas *demonstrativa* & *djudicativa*. Utraq; hic locum invenit. Qvoad potest enim apprehensivam mysticis conceptibus non repugnat, ut notionib; Logicis vestiantur: siquidem ejusmodi termini sunt tantum conditiones serviles, qvæ rei dignitatem neq; imminuunt neq; extollunt, sed idem solum tanquam respectibus formalibus à mente nostrâ producti conceptus primi distinguuntur. Non secus ac si herus postulat usum servi, nec tamen servus acquirit sibi ullum dominium, aut aliquid de substantiâ potestatis Dominicæ participat. Præterea notiones secundæ rebus sunt denominationes extrinsecae, qvæ nihil mutant in Subjecto. Proinde veluti compositio ē conceptu communī & proprio, inadæquato & adæquato non repugnat Deo ob id, qvod tantum denominatio sit extrinseca, ita nec impositio notionum Logicarum rebus fidei adversatur, cūm ita rem substratam denominet, ut tamen sit extra eam. Sic Logicus, qvando Propositionis hujus Ecclesiasticae, Panis est Corpus, Panem dicit esse Subjectum, Corpus Prædicatum, nil sanè mutationis infert in res hisce notionibus denominatas, cūm hoc ipsis mere sit extrinsecum. Qvod vero facultatem djudicativam spectat, notetur *iudicium* esse duplex: Unum *materiale*, qvod de rebus *organicis* & principaliter ex proprio habitu judicat; alterum *formale*, qvod res à proprio habitu dijudicatas *organicas* & instrumentaliter expendit. Prioris eqvidem judicij partes Logico non concedimus, utpote qvod per se ad superiores facultates & scientias spectat; ita enim certè Theologia omnes fidei articulos sufficienter exponit: *formale* tamen *iudicium* nulli scientiæ, qvæcunq; etiam illa sit, nisi Logicae tribuendum sensimus, siquidem hæc notiones secundas habet, qvæ nobis in omnii materia abunde satifaciunt.

21. Regerunt, obstatre huic argumento regulam Philosophicam,
qvæ

quæ talis: Omne Objectum debet esse adæquatum sue potentie: Hic autem res mysticas esse Subjectum eminentiæ Eminentia, earumq; conditio nem esse supra $\lambda\sigma\gamma\omega$ humanum, proindeq; non adæquatum potentie nostræ intellectivæ, sive simpliciter apprehendatur, sive dijudicetur.

Resp. (1) per $\epsilon\tau\alpha\eta\tau\alpha$: Deus est Subjectum infinitum, & tamen est adæquatus potentia nostri intellectus, qvæ finita, siquidem naturaliter, & ut alij quoq; volunt, quidditatè à nobis cognoscitur. Non ergo semper procedit, ut si potentia finita sit, etiam Objectum sit finitum. Positò tamen hoc negamus (2) nullam hīc dari convenientiam vel proportionem. Cūm enim conceptus fidei sint Subjectum eminentiæ Eminentia, ipsi utiq; noemata Logica imponuntur non modō vulgari, sed modō eminentiæ h. e. termini Logici prius, qvā rebus mysticis applicentur, ab omni imperfectione defocantur, retentoq; cunctat eorumdem formalim mysterijs imponuntur. Addo, qvod potentia nostri intellectus tum apprehensiva tum dijudicativa in mysterijs eō usq; se tantum extendat, quoq; beneficiō luminis naturalis pertingere, & de rebus divinis formaliter judicium ferre possit. Id qvod satiæ est ad fundandam convenientiam.

32. Dices. Logicam Spiritus S. à nostrâ distinctam esse introducendam, & penes hanc tremenda mysteria examinanda. Qvōd B. Meissnerum quoq; collimasse ajunt, qui in Phil. sobr. part. i. sect. i. q. ii. Supra $\lambda\sigma\gamma\omega$, inquit, humanum, cuius inventum Logica, datur $\lambda\sigma\gamma\omega$ divinus & Logica Spiritus S., in qvā mystica essa sunt $\lambda\gamma\mu\kappa\delta\alpha$ & verissima.

33. Sed R. (i) Discursum huncce ea inter se invicem distingvere, qvæ non erant distingvenda. Sanè Logica nostra penes $\mathfrak{E}\sigma\alpha$ abstracte, considerata, & Spiritus S. Logica sibi invicem contradistingvi nequeunt, multò minus inter se opponi, cūm utrobiq; nil repugnans sa no rationis dictamini repperiatur. Etenim qvemadmodum Deus in sacrificiis ubiq; loquitur Grammaticè, ut ita non necesse sit novam Spiritus S. Grammaticam proponere; ita quoq; in omnibus Logicè procedit, adeoq; nec peculiaris fortè Logica Spiritus S. introducenda. Prater necessitatem Ensa non esse multiplicanda primum docet principium. At vero hic nulla jubet necessitas, peculiarem pro fidei mysteriis Logican exstruere, siquidem communis illa ejusmodi posset instrumenta, qvæ in

omni materia locum inveniunt. (2) N.V.C. Myſtīca transcendunt
άνθρωπον humanum. E. non niſi ad diſtinctam ſpiritus S. Logicam ſpe-
ciant. Neq; enim propterea, qvia reſ ipsa myſtīca eſt, myſticam qvoq;
Logicam introducere licet. Qyod ſi ēnīm à ſpeciali rerum naturā de-
nominațio eſſet petenda, qvæ, qvæſo, abſurda inde oriēntur. Sanē
non obſtarēt, pecūliarem qvoq; Logicam Medicam, qvin & Jūridicam
proponere, item ſi qvædam enunciatio de nigris ageret, nigram Enun-
ciationem, ſi de albis, albam dicere, qvæ omnia prorsus ſunt ἀσύμφω-
ντα καὶ αὐτούς αὐτούς. Conſtat igitur, qyod non ſit duplex, eaq; oppoſita
Logica conſtituenda, qyodq; proſcribendum omnino illud nonnullo-
rum aſſertum: Myſtici conceptus in Logicā humana sunt ἀλογοι; in
Logicā autem Theologorum άλογοι καὶ αὐτοί.

24. Tertiō argumentamur ab evidenti paritate & convenientia.
Cūm enim ejusmodi mysteria non obſtent, qvò minus Grammatica
ſuò fungatur munere, & ratione conſtructionis in Latinā Lingvā de re-
bus fidei judicium ferat; qvò minus item Rhetorica ſuo p̄ficit officio,
& instrumenta ſuppeditet τὰ μυστήρια τὸ δέκατον ornatè eloquendi: Ita nec
Logico obſtabit, qvò minus ſuos terminos ſummi rebus imponat, deq;
illis iſtrumentaliter judicet. Conſequentia ſatis evidens eſt. Utrobiq;
enim par terminorum deprehenditur ratio, ſi qvidem non tantum illi,
verū etiam hi generaliter iſerviant omnibus disciplinis, eademq;
ἀρχαὶ τῶν ἀρχῶν dirigant.

25. Supereſt quartum adhuc argumentum, qyod cūm chartæ
anguſtia capere nequeat, ſeqventi id reſervabimus diſquifiſionis, finem
qve huic imponemus verbiſ Dn. D. Balduini ex qvæſt. illuſtriſ: in c. 2.
Coloff. q. 1. ubi inquit: Logica in ſuā ſphærā relata eſt ſingulare Dei do-
num, fundamenṭum habet in notitiū nobiscum natū, & finem bonum, veri-
tatiū nimirū inventionem, proinde utilis eſt Eccleſia, & ad multas reſ in
Theologīa dextre explicandas propemodum neceſſaria, modò non dominium
ſibi ſumat in regnō fidei, ſed Theologīa ſubmiſſe ancilletur. His, inquam,
verbiſ p̄ſentem noſram diſſertationem conſignamus, ex animo fo-
ventes, ut Logicam diuinam omnes eō, qvò par eſt, ſtudiō excolamus,
non autem ex ignorantia vel pura negationū vel prava di-
poſitionū ſuggilemus.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72960182X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960182X/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72960182X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960182X/phys_0016)

DFG

qvæ talis: Omne Objectum debet esse adiquatum res mysticas esse Subjectum eminenti Eminentem esse supra $\Delta\gamma\omega$ humanum, proindeq; non nostræ intellectuæ, sive simpliciter apprehendit.

Resp. (1) per $\tau\sigma\mu\tau\pi\tau\alpha$: Deus est Subjectum adiquatum potentia nostræ intellectus, qvæ fit &c, ut alij quoq; volunt, qvididitatè à nobis semper procedit, ut si potentia finita sit, etiam Positò tamen hoc negamus (2) nullam h̄ic dat portionem. Cùm enim conceptus fidei sint ratiæ, ipsis utiq; noemata Logica imponuntur modò eminenti h. e. termini Logici prius, quæcentur, ab omni imperfectione defecantur, rursum formalimysterijs imponuntur. Ad intellectus tum apprehensiva tum dijudicativa tantum extendat, quoq; beneficiò luminis in rebus divinis formaliter judicium ferre possit fundandam convenientiam.

32. Dices. Logicam Spiritus S. à nostrâ cendam, & penes hanc tremenda mysteria exanerum quoq; collimasse ajunt, qui in Phil. sobr. $\Delta\gamma\omega$, inquit, humanum, cuius inventum Logica & Logica Spiritus S., in qvâ mystica effata sunt.

33. Sed R. (1) Discursum huncce ea inter qvæ non erant distingvenda. Sanè Logica noscet, considerata, & Spiritus S. Logica sibi inviqueunt, multò minus inter se opponi, cùm utrum rationis dictamini repperiatur. Etenim qvæ sacriss ubiq; loquitur Grammaticè, ut ita non nec S. Grammaticam proponere; ita quoq; in omnideoq; nec peculiaris fortè Logica Spiritus S. in necessitatem Entia non esse multiplicanda primum vero hic nulla jubet necessitas, peculiarem pro se exstruere, siquidem communis Illa ejusmodi pos-

B 2

